

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 5. Quare Sacramentum nullum est, quando quis ideo verba formæ corrupit, ut introducat errorem in Ecclesiam?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacramentis. Cap. V.* 27

judicemus sensum verborum esse semper eundem, proindeque Sacramentum esse validum, quoties illi qui proferentem audierunt, judicant eum idem voluisse dicere, licet aliqua verba pronunciando variaverit, aut corruperit per ignorantiam aut inadvertentiam.

*Quæst. 5.* Quare Sacramentum nullum est, quando ille qui verba aliqua formæ proferendo corruptit, id facit, ut introducat errorem in Ecclesiam?

*Resp.* Rationem afferit Divus Thomas, cùm dicit: *intentio Ministri requiritur ad Sacra- D. Tho. 3. p. mentum; & ideo si intendat per hujusmodi q. 60. art. 8. additionem vel diminutionem, alium ritum in corp. inducere, qui non sit ab Ecclesia receptus, non videtur perfici Sacramentum, quia non videatur quod intendat facere id quod facit Ecclesia:* Propterea in casu proposito Sacramentum collatum nullum esset, quia Minister non haberet eam intentionem, quæ est necessaria ad validitatem Sacramenti.

*Quæst. 6.* Quia ratione dignosci potest, an mutatio materiae Sacramentorum sit substancialis, aut tantum accidentalis?

*Resp.* Materiæ mutatio reputatur substancialis, ac proinde Sacramentum reddit nullum, quando, secundum communem usum & judicium hominum, non reputatur esse ejusdem speciei, cum materia à Christo Domino determinata; si verò illa mutatio, non impedit quominus materia sit semper ejusdem speciei, mutatio tunc censeretur tantum accidentalis, v. g. in Sacramento Baptismi, *Dicendum est, D. Tho. 3. p. inquit Divus Thomas, quod in qualibet aqua q. 66. art. 4. qualitercumque transmutata, dummodo non in corp. solvatur species aquæ, potest fieri Baptismus. Si verò solvatur species aquæ, non potest fieri Baptismus.*